

**stīpator, oris.** *subs. m.* **stīpatrix, icis.** *subs. f.* **FORMA** *ambigitur de stuppator; a similibus usibus quos stipare<sup>a3</sup> ad stipator praeferabat, ab eo productum esse uidebatur* SERV Aen 3.465. *stipat denset: unde stipatores dicuntur qui in nauibus componunt, a stipa.* ISID Orig 19. *Stuppa uero cannabi est siue lini. Haec secundum antiquam orthographiam stuppa dicta, quod ex ea rimae nauium stipentur. unde et stipatores dicuntur, qui in uallibus eam componunt.* **ETYM** *stipare; at a stips productum* PAUL FEST 351.1. *Stipatores ait dictos a stipe, quam mercedis nomine accipiant custodes cuiusque corporis.* [FREQ humilis 42<sup>indicia</sup> 3,5 /d.c.m. 70 CIC] *uocabulum scriptis litterariis argumentando aptis, raro exponentibus satiricisque, saepissime prosa, usibus doctis mediisque; technicis abest; inde a saec. I aec. apparet usque in Antiquitatis finem.*

VARIATIO OPERUM		indicia	p <sup>/d.c.m. subc.</sup>
	argumentalis	8	1,6
	exponens	1	0,36
	satirica	1	5
DIACHRONICA	I aec.	6	22
	I-II ec.	6	1,5
	III-V ec.	30	4,3
DIAPHASICA	docta	12	5,8
	media	30	2,8
DIASTRATICA	litteraria	42	3,7
MODUS	prosa	41	3,4
	uersu	1	0,56

¶ **a** <sup>a</sup> *stipare*<sup>b1</sup> *is qui aliquem in concursu comitatur quasi comes - seguidor, miembro de un cortejo, séquito o comitiva; comparsa, compinche* [HYPER comes<sup>a</sup> HYP domesticus<sup>c</sup> SIM adsecia] 70 CIC Verr 3.65. *Apronius stipatores Venerios secum habebat.* 42-41 SALL Catil 14.1. *omnium flagitiorum atque facinorum circum se tamquam stipatorum cate-ruas habebat.*

**b** *homo armatus qui uirum protegit - escolta o guardia de corps* [HYPER miles HYP armiger<sup>2</sup>, buccellarius, calo<sup>a</sup>, galearius, lixa<sup>b</sup>, scutigerulus, spatharius SIM latro, stipator corporis] 44 CIC Off 2.25. *praemittebatque de stipatoribus suis qui scrutarentur arculas muliebres.* 125 APUL Mund 26.12. *Ante fores uiri fortes stipatoresque regalium laterum tutela peruigili custodiam per uices sortium sustinebant.* 390 AMM 17.13.6. *stansque in aggere celsiore cum paucis et stipatorum praesidio tectus.* VARRO Ling 7.52. *Latrones dicti ab latere, qui circum latera erant regi atque ad latera habebant ferrum, quos postea a stipatione stipatores appellarunt, et qui conducebantur: ea enim merces Graece dicitur latron.*

**stipator corporis.** *homo armatus qui uirum protegit - escolta o guardia de corps* [HYPER miles SIM <sup>a</sup>stipator<sup>b</sup>] 63 CIC Leg Agr 2.32. *uicenos singulorum stipatores corporis constituit, eosdem ministros et satellites potestatis.* 400 HIST AUG Maximin 3.5. *ius-susque inter stipatores corporis semper in aula consistere.* PAUL FEST p.413. *stipatores corporis custodes, quos antiqui latrones uocabant, stipati enim ferro circumdant corpora regum.* GLOSS 2.188.35. *σωματοφύλαξ. 2.280.21. δορύφορος stipator satellis satellex.*